Quelle:
Copyright:

Sacramentarius.

3.

Sacramentarium, seu librum Sacramentorum S. Gregorii. Continet Collectas, seu orationes Missarum, Epistolas, unde etiam Epistolarius dicitur. Pelo subnexerunt Gusanvillous, Menardus, et novissime Patres Mauriani opp. S. Greg. T. 2.

Digna quoque est quae legatur, profatio ad novam editionem Operum Thomasii Cardinalis, curante Vezzosio, Roma, 1750. Tomo 5.

Cod. XV.

deest

Membran. Fol. Sec. 14.

4 Evangelia.

1.
2.2.

Eadem qua prior elegantia exaratus. Comprehendit 4 Evangelia latina vulgata versionis; capitum autem divisio alia, versuum plane nulla. Reliqua facies hoc: Folio primo incipiunt capitula lectionum Evangelii, seu index partium earum, quae quoris festo per annum in Ecclesia leguntur, alias etiam dictus Capitulare Evangeliorum; hoc 18 folia complent. – Folio sequenti: Incipit prologus nempe S. Hieronymi in comentar: super Matth. Plures fuisse, qui Evangelia Scripserunt. Sed mutilatus; finitur enim verbis: quam ecclesiasticis viris canendas. Vid. Martianay Opp. S. Hier. Paris. T. 4. – Folio 21 legitur: Singulis Evangeliis ab uno incipiens, quod fragmentum est Profationis mox sequentis. Nam pagina aversa incipit S. Hieronymi nota Profatio in 4 Evangelistas ad Damasum Papam: Novum opus me /: facere, quod a scriptore omissum :/ cogis ex veteri; verum et hanc cum procedenti fragmento truncare placuit scriptori. – Alter istam excipit Prologus super Matthaeum: "Matthaeus ex judaea, sicut "in ordine primus ponitur", cujus auctor ab Eruditis ignoratur. Editus est a Martianaeo ante Evangelium Matthaei secundum versionem Italicam sine indicio